



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Vulpes.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

378      *Pars secunda de elevatione*  
quomodo in eodem saeculo v. g. Lutherus Apo-  
stata aliquique Haeretici ferro, cædibus, calumniis,  
scommatibus Catholicos ab avita fide ad haere-  
sin suam perduxerint. Et S. Xaverius Aposto-  
licis insistens vestigiis humilitate & mansuetu-  
dine tot centena gentilium millia ad Christum  
perduxerit. Et inde collige veræ Ecclesiæ notam.

*Vulpes.*

**C**apite nobis vulpes parvulas, que demolissimæ  
vineas nostras. Cant. 2. Imperfectiones, sen-  
suales affectiones, venialia peccata supprimen-  
da. *Ite, & dicite vulpi illi. Luc. 13.* fraudu-  
lento Herodi. In promptu causa est, cur tales  
comparentur vulpibus, sed color subruber cri-  
nium præcisè non arguit calliditatem, licet se-  
pè eidem per accidens conjunctus sit. Et quo-  
modo color ille certi quid prognosticare po-  
test? cum frons, oculi, vultus persæpè men-  
tiantur. Adagium vetus est: *Cave tibi à Ger-  
mano nigro, Italo rufo, Hispano albo. Vulpes  
foveas habent, & volucres cali nidos. Filius au-  
tem hominis non habet, ubi caput reclinet. Luc. 9.*  
Christus in Cruce, & quâ fronte tu quereris has  
illas commoditates tibi deesse? Vulpes trece-  
tæ Samsonis alligatis ad caudas facibus segeres  
Philistinorum incendentes Jud. 15. Symbo-  
lum sunt Haereticorum teste Ambros. & Au-  
gustin. qui blandâ facie promittunt salutem, sed  
caudis suis ignem æternum attrahunt.

Lephi